

Helfrich Ulrich Hunnius Otto Reineke

Disputatio Iuridica Insignem Et In Foro Quotidianam Usurarum Materiam Continens

Gissae Hessorum: Hampelius, 1622

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749794771>

Druck Freier  Zugang





V. h. — 2 (151.)

18. Willebrandt, de venditione officiorum, non Harlowi^{us} sed
Cicero.
19. Willich de hereticis non acrientis.
20. Winzelmann, de libello conventionali civili.
21. Hopp. de veritate convicti.
22. Hopp. de inimicitis capitalibus. non Lud-^{ovicus} sed
Hopp.
23. Kunius, de j. in signem et in foro quotidianam usurarum
materiam continens.
24. Hombergius. de contractu loci dae.
25. Hoepfer, de eo quod juris est, circa testimonia declinan-
da aut differenda.
26. Hagemister, de ephoris juvenum, non Lud-^{ovicus} sed
Hagemister.
27. Holderrider, de principiis interpretationis legum
adæquatas.
28. Holtzmann, de vario usu juris a se et abusu in curiis et
Cancellariis.
29. Hilligerus, de bonae fidei iudiciis.
30. Himmlerich, de Felonia.
31. Hinz, de profectione et audiente seu jure successorum
non recipro inter parentes et liberos ex testamento et ab in-
testato.
32. Hochmann, de benedictione nuptiarum.

DISPUTATIO IURIDICA
INSIGNEM ET IN FORO QUO-
TIDIANAM USURARUM MATERIAM
CONTINENS.

Quam

Divinâ aspirante gratiâ:

PRÆSIDENTE

Amplissimo, Consultissimo & Clarissimo Viro,


DN. HELFRICO-UL-
RICO HUNNIO,

[CTO CELEBERRIMO, ILLU-
STRISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS AC
Domini, Dn. LUDOVICI Hassiæ Landgra-
vii, &c. Consiliario gravissimo, & in inclytâ
Academiâ Gissanâ Pandectarum Professore
ordinario, Præceptore ac Promotore suo,
omni observantia perpetim
colendo,

In Ictorum Auditorio publico exercitiis gratiâ ventilandam proponis

OTTO Keineke/BUCCEBURGO-
SCHAUMBURGICUS.


Ad diem XXI. Mart.



GISSÆ HESSORVM,

Typis NICOLAI HAMPÉLII, Typogr. Academ.

M. DC XXII.





ILLUSTRISSIMO ET CELSIS-
SIMO COMITI AC DOMINO,
DOMINO JUSTO HER-
MANNO COMITI HOLSATIÆ,
SCHAUMBURGI, ET STERNBERGÆ
DYNASTÆ IN GEHMEN, &c.
Domino meo clementissimo.

S. P.

Intricatam valde, inq. foro agitatam ac propemodum necessariam esse, usurarum do-
ctrinam, Illustrissime & Celsissime Comes, Theologorum ac Iurorum, circa hanc ma-
teriam non leviter discrepantium, monumenta produunt, ac documenta inter se va-
rie contrariantia: stentunt, restatunq. faciunt. Quare animum meum in opinionum
harũ varietate diversitateq. quasi spinu ac sentibus obrita, hac stubit in presentia co-
gitatio, ut Legibus sacra ac profana iudicii statera ponderata, aestimatiq. argumen-
torum momenta & superponia, scrupulis quibusdam resecati & abjectu ad aequi-
dium, Christianam videlicet charitatem & regulam verissimam, justissimam & sa-
pientissimam: Quod tibi non vis fieri alteri nefeceris: ut & varias constitutio-
nes S. R. Imp. Novellas; examinem, quo animum scrupulis & additamentis ponde-
rosam sistam, & sacomate eidem aequalitalem conciliem. Asspondium hoc C. V. cur of-
feram, causas habeo & multas & magnas. Imprimis ut in C. V. sinum humilime ef-
funderem incredibile gaudium, quo vehementer sum perfusus, decantato & ebuc-
cato jubilo: illi potissimum summa verum in terrã Schaumburgicã concedita esse,
quem Deus T. O. M. ad veram Religionem Christianam, ad publicam concordiam &
tranquillitatem aut constituendam aut conservandam, apertissimum dignissimiq.
iudicavit, qui per omne ante acta vite spacium tale se prestitit, ut tãquam perfectum
& absolutum antiqua virtutu & fidei & integritatis exemplum omni prædicatione
commendaretur: qui subditos non opprimere sed oppressos erigere, non in servitutem ab-
ducere, sed à nimia servitute in cõpetentem libertatem asserere: non perdere, sed servare
desideraret: non sanguinem fundere injustum, sed ne fundatur, effecturus sit, non vin-
cula iniqua injecturus, sed in vinculis, quibus impediti tenentur, exsolviturus sit.

A. 2.

Nam

EPISTOLA DEDICATORIA.

Nam si ejusmodi Magistratum ulla unquam tempora desiderarunt, nostrorum certe ea fore conditio, ut quam maximè exoptet. Non enim Reipublicæ navis, ut solebat, placido mari, secundis conspirantium ventorum flatibus impulsæ fertur. Horribiles eam procelle, & turbinum vis vel exerecitatis metuenda restoribus agitat, ut non mediocri animos teneat metus, ne tam sava tempestas universam ferè Europam succubus hæc involutam, in ea brevè præcipitem abripiat, unde postea nec enatare ipsa, nec evadere atq; emergere alieno auxilio possit. Quo omnes subditos divina bonitati majores agere gratias convenit, qua deploratis propè iam rebus, certè quidem in summum discrimen adductis, & extremâ spe pendentibus eum gubernatorem dederit, quomodo liorem & ad hæc omnia in patriâ in melius convertenda accommodatorem, non de cam reperire, sed ne optare quidem, aut etiam cogitando informare poteramus. Quo nemine nõ tam equidem tibi, Celsissima Comes summum honorem, quam toti patriæ magnam ac propè exploratam antiqua dignitatis & aequitatis recuperanda spem gratulor. Ad eas verò latitias causas, qua communes mihi sunt cum ceteris omnibus C. subditis, non parvi quoq; ponderis alia accedunt: quod C. V. in parentem meum faciendo beneficiorum imbre perpluerit, dum eum in subsidium œconomica administrationis generalis, vocavit & ordinavit, doctæ scilicet quantum pro imperitiâ experientiâ, reverentia prudentiam, pro infidelitate fidelitatem in hoc officio præstinari condiderit, sub qua ego istius singulari benevolentia hæres nisi ultrò quadam declinarem, beneficiorum mole corruerem. Illa enim me etiam tam arctè ligarunt, ut aut non esse, aut esse præoptem. Proinde in C. V. fidem & clientelam me meaq; omnia trado, humiliter petens, ut Illustrissima vestra Celsitudo porro meum parentem serenâ fronte aspiciat, & clementissimo suo patrocinio mea studia prosequatur. Veneror Deum ut Celsitudinem vestram cum Illustrissimâ familiâ & universâ Patriâ in Republica literaria & molumentum subditorumq; commodum ac prosperitatem, in perturbatissimo hoc rerum statu, adversus omnes diabolici mundi insidias & machinas tueatur & conservet. Datum GISSÆ ex Museo IIX. Martii, Anno 1622.

Illustrissimæ Vestræ Celsitudinis
Subjectissimus

Otto Kneke / Auth. & R.

os(o)so



DE USURIS.

THESIS I.



E utilissimâ, difficilimâ, ac intricata usurarum materia disserturo, primò in ipsius vocabuli *notationem* inquirendum puto, dicitur itaque usura *ab utendo*. Est enim usura quasi usus, quia pro usu ipsius pecunia exigitur. *Ampliss. & Consultiss. Dn. Præs. præceptor ac promotor meus*

summè venerandus, in disput. 3. Resolut. Trentl. th. 1. vol. 2. Bocerus part. 1. class. 3. disp. 20. th. 1. quod & Iureconsultus Pomponius innuit in l. socium, 60. ff. pro socio. Papinianus idem vult in l. deducta, 58. ff. ad S. C. Trebel. Hotomannus in disp. de usuris, cap. 1. Quam materiam scientia dissensioneq; hisce temporibus dignam ac necessariam Dd. commendant atq; collaudant, quorum suavis ductu vè, haut abs re esse putavi, istâ brevibus ac certis conclusionibus elaborare publiceq; examinâdam proponere.

2. Non verò inutile judicavi, antequam ad ipsam usuræ tractationem ejusq; definitionem accedâ, indagare paucis, an etiam usuræ, jure divino, naturali, canonico, civili, ordinationeq; Cameræ adeò sint improbatæ, ita ut homini Christiano iis haut uti liceat, illasq; accipere salva conscientia non possit?

3. Usuras prohibitas & damnatas. omniq; juri contrarias esse, quorundam Dd. sententia est, cui accedunt dicta

sacra, Exod. 22. v. 25. Levit. 19. v. 18. 25. & seqq. Deut. 15. v. 1. 2. 3. & cap. 23. v. 20. Psalm. 15. v. 5. Proverb. 19. v. 7. & cap. 28. v. 8. Ezech. 18. v. 13. c. 22. v. 12. Matth. 7. v. 12. Luca 6. v. 32. & 35. Mutuum date nihil inde sperantes.

4. Hisce dictis jus naturale subscribere videtur, dum exigere illud quod non dedimus prohibet, siquidem lex naturæ & regula, qua in commutationibus observanda inque æquitate posita vult, ut quantum dedimus recipiamus, nec amplius aliquid exigere liceat, nisi nos locupletiores reddere cum alterius damno cupiamus: quod æquitas non admittit: *l. nam hoc 14. ff. de condict. in deb. l. jure natura 206. de R. J.* quippe lex naturæ præcipit, *alteri facere quod sibi quis fieri velit, nec facere alteri quod sibi fieri nolit* Matth. 7. unde cõstat quod aliena sunt promovenda, nec lucrum de iis, ad nos non spectantibus sumendum, *l. idemq, s. si Procurator ff. mandati*: ideoq; illis dilectionem proximi promoventibus studeamus, nec illud quod naturæ inter sit extirpemus, sed summè eò contendere ut homo hominem beneficiis afficiat, *l. servus. 7. ff. de servis exportandis.*

5. Juri naturali ad stipulatur jus Canonicum, cujus decretales *sub tit. de usu: causa 14. quest. 3. cap. 1. 2. & alia, capitula in hoc jure evidentiæ testantur.*

6. De jure tandem civili usuras interdictas esse, probat, *l. 1. C. de summa Trin. & fide Catholica*: Qua in lege Imperatores constituerunt, homines vivere debere, secundum leges à Divo Apostolo Petro Romanis traditas, usuræ quomodo sint damnatæ ac improbatæ infra in jure divino expositum est, cui sententiæ congruit, *Novell. l. 31. cap. 1. ubi sancitur*, ut dogmata Concilii Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Calcedonensis, sicut sacras Scripturas accipiamus, regulasq; in illis Conciliis compositas & firmatas, sicut leges observemus, quorsum etiam Cõstitutiones

tiones S. Rōmani Imperii tendere videntur, dum fœnera-
torios contractus improbant, illosq; istos exercētes mul-
ctare jubent, *N. A. de An, 1500. tit. von Bucherlichen Con-*
tracten / & de Anno 1530. tit. eodem.

7. Ex quibus clarē ac perspicuē quidam colligi
posse arbitrantur, quod homo Christianus neq; de jure,
neq; salvā conscientiā usuras exigere possit.

8. Rem autem juxta verum & utile æstimans, con-
traria sententia probabilior ac firmior apparet, quod ho-
mo usuras bona ac inviolata conscientia legibus permis-
sas exigere possit.

9. Hanc tamen exactionem usurarum, adhibita
ratione hominum intelligendam esse dico, nec iis assen-
tiendum, qui spiritum fanaticum produnt, mutuationis
officium ita gratuitum erga omnes esse debere affirman-
tes, ut non æquivalens repetatur: verū illud ipsum nul-
libi in jure divino, neq; civili esse fundatum, nec ullis istā
sententiam argumentis probari posse, autumo, quippē
textus illi, tam ex Codice divino quàm civili producti, or-
dines hominum observandos esse statuunt, qui in distri-
butione certorum generum consistunt, quæ genera initiō
examinanda sumemus.

10. Primò pauperes, qui inevitabili paupertatis
necessitate ad egestatem sunt redacti, occurrunt, qui licet
redditionem sortis, & solutionem debitæ compensatio-
nis promittant, tamen neutrum præstare possunt qui-
bus oppressis & inopia affectis hominibus secundum Dei
præcepta occurrendum, omniaq; iis gratis præstanda, ma-
nusq; nostræ tanquam fratri egeno & pauperi nobiscum
in terra versanti aperiendæ *Deut. 15. v. 11.*

11. Deinde alterum accedit genus, quod paucis opi-
bus præditum, nec adeo egestate fractum, verum tantum
bono-

bonorum non possidet, ut necessaria comparare, & quæ præstanda, præstare, remque familiarem suam augere & promovere possit, & proinde aliorum indiget auxilio, cui etiam supplementum addendum, pecuniisq; succurrendum, nec reposcendum cum ejus damno & dispendio, sed tantum illi concedendum temporis, usq; dum citra noxam restituere possis, cujus restitutionem ac repetitionem sortis exemplum *Tobia* probat cap. 4. v. 21. & 22. cap. 5. vers. 3.

12. Tertium deniq; hominum genus est, divitiis affluens ac abundans, deq; amplificandis augendisve bonis nocte dieq; cogitans, qui dum tenuiores homines violenter opprimunt, peccant, & expilationibus illorum ditescunt, & ita per fraudes & imposturas bonis inhiant & facultatibus atq; pecuniis proximi, sua augent bona, lucrumq; faciunt, a quibus legitimum (ut ita loquar) interesse salva conscientia peti accipivè potest.

13. Nec ad hoc genus hominum quæ ex sacris supra citata, referenda statuo: Siquidem illa loquuntur de iis hominibus, quorum res & facultates modicæ & pauperculæ sunt, nec horum in hoc genere comprehensorum, mentionem injiciunt, hominum, quod evidenter constat, ex præallegatis dictis. Nec videmus, quomodo improbari possit usura, dummodo se intra præscriptum modum contineat: Siquidem sacrae literæ non improbant, ut ex pecunia nostra qua proximo succurrimus, eumq; in necessitatibus juvamus, sine ejus damno lucrum capiamus, sed illud charitas & dilectio Christiana, quæ à se ipsa incipit & deinde proximum diligit ut se ipsum, expetit *Matth. 22. v. 39.* non verò magis quam se ipsum. Quocirca si quæstum certum facere potui pecunia tibi mutuo data & in damnum aliquod incurro non est iniquum, improbum, & juri

juri divino contrarium, me hujus damni aliquam recom-
pensationem repetere. Christus enim in supra posito, *cap.*
22. Matth. docet totam legem divinā habere hæc duo præ-
cepta: Ut Deum diligamus, ex toto corde, & proximum
sicut nos ipsos, juxta quæ duo præcepta superiores Scri-
pturæ loci, usuram prohibentes, intelligi debent. Quic-
quid enim sine proximi læsione, & injuria accipitur, id et-
iam sine legis divinæ offensa capitur, & cōsequenter cum
verbo Dei non pugnat, sine injuria & damno proximi u-
surarum exactio. Hisce explicatis & animadversis, faten-
dum cum Theologis & Jctis Clarissimis, usuras Christia-
no homini exigere licitas esse, quatenus non sunt mor-
dentes & proximum opprimentes.

14. Ex Jure naturali supra adducta testimonia, ad
extirpandum usuræ usum, nihil absoni ac contrarii sta-
tuere cernimus, quia naturæ magis consentaneum est, ut
is qui aliorum pecuniā fruitur, suamq; rem istā meliorem
reddat, ut in compensationem pro usu, qui ipsi concessus,
aliquid pendat: *Ampliss. & Consultiss. Dn. Præses in d. disp. &*
quest. v. 2. qua soluta non plus accipit quàm dedit nec cre-
ditor usuras accipiens, cum debitoris jactura locupleta-
tur, cum debitor ex pecunia quam à creditore accepit,
multo plus lucrari possit, quàm ipse usurarū nomine cre-
ditori solvit: creditor enim mutuacione sua negotiatio-
nem suam impedit, quo minus feliciter succedat, quàm a-
liās si pecuniam mutuo datam habuisset. Ampliss. & Consul-
tiss. Dn. Præses d. disp. quest. 2. vol. 2. Utilitas enim propria spe-
ctanda, ac promovenda, isti q; inservire naturæ haut repu-
gnat, ut Cicero vult, nec quicquam, §. si Procurator supra
adductus efficit. Debitor enim singulis diebus lucrum
sentit, aut potest, non obstante adversa fortuna nec ideo
iniquum est ut pro usu usuras præstet, quippe damnum
B illud

illud nõ debet transferri in creditorem sed in debitorem
cujus est lucrum, *l. incendium, C. de reb. cred.*

15. Juri Canonico cum Carolo Molinæo hoc re-
sponſi dabo, *sub num. 155.* ſtatuens hoc jure uſuras non pro-
hiberi, ſed illarum vitium, ut exceſſum extinguit, quod et-
iam *Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. Præſes confirmat in dict. diſput.*
queſt. 4. vol. 2. omnes uſuras lucratorias prohibēs, quæ ſpe-
cialiter fœnus appellantur.

16. Generalis ex Jure Juſtiniano ad uſurę prohi-
bitionem, in medium prolata conſtitutio, nobis non ad-
verſari videtur: quippe Imperatores illam generaliter cõ-
ceperunt, quæ poſtea ſpecialibus Imperatorum conſtitu-
tionibus eſt derogata: Si quidem non infrequenter in jure
occurrit, quod ſpecialis conſtitutio generalem deroget,
uri apparet, *ex l. in tot. ff. de R. I.*

17. Nec noſtram ſententiam deſtruit, permiſſio &
ſtatuta quatuor conciliorum, non enim cenſendum ea
continuo prohiberi, quæ iſta concilia prohibent ac da-
mnannt. Nec ea mandari, quæ illa concilia laudant ac mā-
dant. Exempli gratia, lex Evangelica præcipit optempe-
rendum eſſe & Romani Pontificis conſtitutionibus, &
tamen non omnium quæ, Pontificum Romanorum de-
cretis jubentur, vel prohibentur, ſunt, vel juſta vel prohi-
bita, ut ex aliis conſtat exemplis ab *Ampliſſ. & Conſultiſſ.*
Dn. Præſide allegatis ad queſt. 3. diſp. 3. vol. 2. Reſolut. Trent. Qui-
bus Donellus addit, uſuras non prohiberi omnib. ſed per-
ſonis Eccleſiaſticis, qua prohibitio conſtitutionis eſt per-
ſonalis, quæ ad alias perſonas extendi nequit. *Ampliſſ. &*
Conſultiſſ. Dn. Præſes in d. diſp. queſt. 3. vol. 2.

18. Quod conſtitutiones deniq; Romani Imperii
omnes uſuras improbant, ac damnent non videmus, ſed
tantum illegitimas mordentes & proximum rodentes, &
magis

magis de annuis reditibus gravioribus, quã de usuris m-
tionibus supra allegatas constitutiones loqui cernimus.
Minimè verò illas improbare, usuras licitas, justas ac con-
cessas, ut non obscure colligitur ex *Constit.* Maximiliani in
Comitiis Spirensibus habitis de Anno 1570. §. Auf wassen
billichen vrsachen / die wucherlichen Contract (so jederzeit im Reich
grosen vrsache vnd verderben angerichtet) im gemeinen Rechten / vnd
eqlichen vnsers Reichs Abschieden verboten / ist vndtlig zuerholen / der-
halben wir Cammerrichern / vnd Beyssigern / befohlen haben wöllen / in
solchen sachen was ein mal statuiret vndt verabschiedet / in kein fernere
nachdenckens zuziehen / ubi verba in gemeinen Rechten probe no-
tanda sunt, quibus certus modus usuris impositus & præscriptus,
quem *l. eos, 26. C. h. tit.* probat, & ulterius demonstratur Recessu Impe-
rii Spiræ celebrato Anno 1600. & à Rudolpho II. confirmato §. So
viel nuhn dessen nach / der vermuthung halben / daß der Creditor seitz
Zeit von solcher zeit an / anlegen / vnd zugelassener weise / zum wenigsten
von hundert Gulden / fünff wol haben möge. Ex hisce constat, quod
juxta prædictam juris tenorem, regulariter usuræ non sint prohibi-
ta sed permittæ.

19. Definitur nunc usura, quod sit accessio sortis,
quam propter usum pecuniæ à debitore creditor exigit.
*Duarenus ad tit. hunc, Treutl. vol. 2. disp. 3. th. 2. lit. f. Donellus de
usuris, cap. 1. Borcholt cap. 1. num. 24. de usur.*

20. Unde pro omni rei debitæ accessione & au-
gmento, ex quacunque causa capitur ac sumitur. *Wesemb.
in Parat. num. 1. ad tit. h.* ita ut non solum pecuniæ sive num-
morum sit accessio, *l. 2. & 3. C. de usuris, l. 1. & 2. ff. eodem*, sed
etiam frumenti & hordei debiti. *l. frumenti, 11. C. h. tit.* tum
etiam olei aliorumq; fructuum mutuo datorum, *l. oleo, 23.
C. eodem*, imò reliquorum omnium, mutuam functionem
recipientium, quæ pondere numero mensurave constant.
*l. ideo, 3. ff. de eo quod cert. loc. dare oportet, l. ambitiosa, 4. §. 1. de
decret.*

21. Usuræ enim duæ species sunt: Alia compensa-
toria,

toria, quæ generis sui nomen semper retinet, & ita in specie ulura appellatur. Alia *quæstiosa*, qua propriè & specialiter fœnus dicitur, *Rub. ff. & C. de usu, & Rub. ff. & C. de naut. fœnore, Cujac. in Parat. ff. hoc tit. Ampl. & Consult. Dn. Pras. in d. disp. quæst. 5. vol. 2. Hotomannus de usuris. Iohannes Borcholt de usuris, cap. 2. num. 1.*

22. Fœnus est (quod à foetu dictum, *Varro libr. 3. de ling. latina. Gell. l. 16. cap. 2. Pomponius lib. 6. Antiquit. Rom. circa finem quasi à fœtura quadam parientis & incrementis. Alii à fundo deduci malunt, hac ratione utentes, proventum atque deductum à terræ fructu, & ita denique ad usum translatum, non aliter, ac si pecunia ex se fructum, quemadmodum terra producat. Laurent. Valla lib. 4. de elegant. lat. ling. cap. 19. Fœnorare enim nihil aliud est, quàm pecuniam sub usuris credere, aut pecuniam mutuam dare, fœnus vè exercere, l. principalib. 33. ff. de reb. cred.) accessio ad sortem creditam, quæ à tempore contractus ex conventionem in lucrum creditoris exigitur, *Hotom. hic Ampliss. & Consultiss. Dn. Pras. in d. disput. thes. 2. vol. 2. Vultejus in Iurisprudenz. Romana 44. 83. & seq. Borcholt. dict. cap. num. 4. de usuris.**

23. Fœnus est: Nauticum vel terrestre. *Nauticum* fœnus est, quod de nautica seu trajectitia pecunia præstatur. *Ampliss. & Consultiss. Dn. Pras. in d. disp. th. 2. lit. b. vol. 2. Bocerus Class. 3. disp. 20. th. 14. quod & Maritimum fœnus dicitur l. fœnator, 6. in princ. ff. de Naut. fœnore.*

24. Nautica pecunia (quæ aliàs trajecticia dicitur) quæ negotiatori quem mare trajecturo mutuo datur, ita, salvâ navi, sors una cum usurâ reddatur, naufragio verò facto & sors & lucri spes creditori pereat, l. 1. ff. de naut. fœn. l. 1. C. eodem. *Ampliss. & Consultiss. Dn. Pras. in d. disp. vol. 2. Hotomannus in Epit. juris tit. de naut. fœnore, Duarenus cap. hoc tit.*

Cujac.

Cujac. libr. 3. p. 124. & seqq. Quamvis de jure regulari periculum rei mutuatæ, ad debitorem spectet, tamen pacto conjungi potest, ut periculum sit creditoris, quod tamen non intelligitur fieri nisi de eo sit singulariter conventum, *l. fin. C. de naut. fœnor.* Atque ita creditor ex ista conventionem tantum periculi suscipit, & moris & casus fortuiti, quantum debitor. Non tamen id latius extendendum & trahendum, quam æquitas jubet. Non enim valet ista conventio, si periculum ex culpa & negligentia debitoris permanet, tanquam legitimum modum navigandi non observantis, & ita à consuetò modo ductivè aberrantis ac declinantis, *Sichart. hoc tit. num 6.* inscioque creditore merces illegitimas in navem transportantis, quo casu tam licitæ, quem illicitæ confiscantur merces, *per l. 3. C. hoc tit.* quibus in casibus detrimentum concernit, *Hospiens. in lib. de usuris, num 8.* nec actio creditori in debitorem perit, *Gothofredus in notis suis ad l. 3. C. de naut. fœnore.*

25. Hujus Nautici fœnoris quantitatem olim & ante Justinianum Imperatorem fuisse indefinitam, & licuisse creditoribus pecuniæ trajecticiæ infinitas & immensas usuras quam diu navis navigaret stipulari ac petere auctor est, *Paulus lib. 2. sent. 14. Vultejus libr. 1. jurisprudent. Roman. cap. 44. num. 89.* hoc autem jus emendatum, & constitutione Imperatoris Justiniani cautum, quæ extat, *in l. eos, 26. §. 1. v. trajecticiis.* Ne fœnus trajecticiæ pecuniæ centesimas excedat.

26. Fœnus terrestre est, quod ex alia quam trajecticia pecunia, alicui credita debetur, *Cujac. in parat. de naut. fœnore. Johannes Borcholt de usuris. cap. 2. num. 11.*

27. In specie autem usura sumpta, est accessio quantitatis, ex quacunque causa debitæ, quæ vel ex mora, vel ex conventionem debitoris non solventis debitum est præstanda.

Nota. Usuras non solum deberi ex pecunia credita, sed etiam ex quacunque causa quæ etiam habet locum in locatione & cûductione testatur, *Paulus Iustus in l. cum quidē 12. §. ex locat. 4. ff. h. tit. & bonæ fidei contractibus, l. mora. 32. §. in bonæ fidei contractibus ff. de usur. veluti in societate, l. socii 60. in princ. ff. pro sociis in deposito, l. 2. C. de posit. l. 24. in fin. ff. eodem, & quasi contractibus bonæ fidei, l. usura, 34. ff. de usur. l. Titio. 87. §. 1. ff. de leg. Borcholt. cap. 2. num. 6.*

28. Sequuntur jam causæ ex quibus debentur usuræ, quæ sunt stipulatio, mora & pactum.

29. Ex stipulatione usuras in omnibus contractibus permissas, nõ solum bonæ fidei, sed & stricti juris esse certum ac expeditum est, *l. quod in stip. 31. l. tutor, 41. §. ult. ff. hoc tit. Donellus de usuris, cap. 3. l. 57. §. penul. ff. de V. O.*

30. Altera usurarum præstationis causa est, mora ex qua usuræ in bonæ fidei contractibus debentur, quod tam de jure canonico procedere videtur, ubi *Abbas Innocent. in cap. sacro. c. 10. extra de sentent. excommunic.* quam civili. *l. cum quidem, 17. §. si pupillo cum seqq. l. Mora. 32. §. in bonæ fidei ff. de usuris.* Non verò in negotiis strictis, ubi *Cujacius*, neque usuras, neque fructus ex mora provenire concedit, *lib. 14. obser. c. 22. Borcholt. cap. 3. n. 14.* Quapropter *J. Cri & Imperatores* in responsis & rescriptis, nominatim judicorũ sive contractuum, qui bonæ fidei sunt, mentionem injiciunt, ostédentes in contractibus strictis ex mora usuras nõ deberi.

31. Quibus bonæ fidei contractibus, *legata & fidei commissa* annumeranda, quæ usurarum præstationem admittunt, ex mora. *Donellus de usuris, num. 17. Borcholt d. cap. 3. num. 17. Bocerus class. 3. disp. 10.* Si quidem *fideicommissum* negotiis strictis adscribendum, nec inter negotia, quæ bonæ fidei naturam habent, referendum, *§. actionum autem, Inst. de*

de action. quippe legatum inter negotia stricta connumerandum, quorum tamen usuræ ex morâ debentur, *tot. tit. de usuris & fruct. legatorum seu fidei commissor. l. 3. §. nonnunquam de usuris.*

32. Ex pacto denique usuræ debentur, in bonæ fidei contractibus, si id in continenti fuerit adjectum, *l. 3. & 4. C. de usuris, l. eum quidem, 17. §. ex locato. ff. de usur. l. Lucius Titius, 24. l. publica, 26. §. 1. ff. de positi, l. qui negotia, 34. §. 1. ff. mandati, Duarenus ad tit. hunc, cap. 2. Hotoman. de usuris, pag. 14. & seqq. Johannes Borcholt de usuris, cap. 3.* pactum enim incontinenti adjectum ei inest, & ipse legem dat & formam novam, paritq; actionem civilem ac efficacem, qua ad id agi possit, quod ipso pacto promissum est, *l. 7. §. 5. 6. ff. de pactis, l. 13. C. eodem.* Unde verò, quæ ex intervallo contractui adjiciuntur, non insunt contractui, nec pars ejus efficiuntur, sed nuda manet, & consequenter actionem id petendum, quod promissum est, non pariunt, *Ampliss. & Consultiss. Dn. Praeses in Resolut. Trentl. th. 3. disp. 3. vol. 2.*

33. In stricti verò juris contractibus, pacto etiam incontinenti adiecto, usuræ non debentur, *l. si tibi decem ff. de pactis, l. 3. C. hoc tit. l. Titius, 24. ff. de præscrip. verb. Borcholt. c. 3. num. 7. Sichart ad l. 4. C. hic, nisi res in obligatione sit, mensura constans, utpote frumentum, oleum vel hordeum, quorum accessio etiam est ex nudo pacto præstanda, l. frumenti, C. h. tit. idque propter incertum & variabile fructus pretium, l. 17. & 23. C. eodem, Donellus p. 10. Borcholt c. 3. num. 41.* vel si civitas pecuniam crediderit, quibus usuræ pecuniarum creditarum debentur, *l. 30. ff. hoc tit. causa est ne civitates in damnum incurrant, cum Reipublicæ utilitati & securitati semper prospiciendum, l. si benè, de usurs, sicut & argentariis, ex Justiniani constitutione, usuræ etiã ex pacto solo præstandæ, ob onera periculaque quæ sustinent, quibusve*

quibusve se immiscerent, & ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur, *Novel. 136. cap. 4. l. 7. ff. de nunt. foenore.*

34. Usuræ nudo pacto promissæ, si sint solutæ non possunt repeti, ob naturalem obligationem, quam nudum istud pactum inducit, nec in sortem computari, *Sichart. ad dict. l. 4. C. hoc tit. Donellus de usuris, cap. 3.*

35. Certi etiam juris est, creditorem quoque propter promissas usuras, pignus retinere & servare posse, dum illæ solutæ fuerint, *l. 4. C. hoc tit. Treutl. disp. dict. thes. 3. lit. B. Boreholt cap. 3. num. 45.* nec interest quamvis usurarum non fuerit mentio facta, tunc enim pignus tacita quoque conventionem in usuras obligatum acceptumve intelligitur, *Ampliss. & Consult. Dn. Præses in dict. disp. vol. 2. quod & à Pomponio Icto in l. necessaria, §. ultimo, ff. de pig. act. traditur*, dum ait ex pactioe venire, quibus demonstratur verbis, vendi posse non solum ob sortem non solutam, sed etiam cætera, veluti usuras, & quæ in id impensa sunt.

36. Quam sententiam in dubium vocare videtur *l. Solutum, §. si in sortem, ff. de pignor.* Vbi *Ulpianus* ait, pignus datum, in sortem obligatum, pro usuris retineri non posse, sed tantum illam habere actionem, locum propter quod obstrictum. Verum iste paragraphus propositum non tangit, nec quicquam ad sententiam nostram euertendam facit, siquidem expressè de eo loquitur casu, quo pignus in usuras duntaxat, obstrictum erat, pignus enim tunc, ut dicitur, in usuras obligatum, quando nominatum, & expressè convenit, ut pro sorte, & non etiam pro usuris obligatum esset, verum cum hoc clarè non fuerit dictum, pignus non saltem pro sorte sed etiam pro usuris erit obligatum, quæ si non sint solutæ, pignus retineri poterit, quamvis soluta fuerit fors, *Ampliss. & Consultiss. Dn. Præses Præceptor ac fautor aratem colendus in d. disp. quest. 11. vol. 2.*

37. Usuras

stinctione personarum & graduum intelligendus, pro ut proponitur & exactè ab Imperatore confirmatur, in *l. eos, C. de usuris*, permittit enim 1. Illustribus personis trientes usuras, id est quatuor pro centum. 2. Negotiatoribus verò fœnusq; exercentibus, ex pecunia sua ut sunt argentarii, bessem centesimæ, hoc est octo pro centum singulis annis, *d. l. 26. § 1. vers. illos verò*, & quidem debetur beslis licet non convenit, *Novell. 136. cap. 5. in fin.* hujus enim debitionis ratio est, quod magis interfit horum hominum, quam Illustrium, *Duarenus cap. 3. h. tit.* omnis enim ars illorum in fœnerando & negotiando versatur, *Ciphan. d. l. eos, C. h. tit.*

42. Quod verò aliter intelligendum, si negotiari desinunt, ipso etiam jure besles desinunt, currere, & semisses tantum deberi incipiunt, quia exigere besles usuræ speciale quid est, & quoddam privilegium personale, ideò cessante persona, ut causa privilegii, cessat privilegium, *l. privilegia, ff. de R. I.* Deniq; omnibus ceteris stipulationem semissis permittit, quæ usuræ quolibet anno sex in centum reddunt, *d. l. 26. § 1. vers. ceteros autem omnes*, quod & in fisco observatur, qui majores semissibus à suis debitoribus usuras exigere nequeunt, *l. fin. C. de fiscal. usur. l. 17. § 6. ff. hoc tit.*

43. In præallegata verò *l. 26. C. de usuris*, § 1. versiculo in trajecticiis, duo à Justiniano exprimentur casus, ex quibus permittitur centesima usura, veluti in trajecticiis contractibus, quamvis in hisce contractibus olim nullus erat modus legitimus, sed propter periculum, quod creditor in se recipiebat, licebat in infinitum stipulari, quod ex Paulo supra sufficienter probatum, ac confirmatum, jam verò à Justiniano correctum, & in meliorem redactum est ordinem, ubi centesimas in præallegata lege constituerit atq; ordinaverit.

Alce

44. Alter verò casus est, ut cum species aliqua datur sc̄nori, ut, vinum, oleum, frumentum, mutuo datur, nec multum refert, an mutatio sit facta in pecunia vel aliis in rebus, quæ constant pondere, numero, vel mensura. Nam multo est favorabilior accessio vini, frumenti & huiusmodi rerum similium, quæ petuntur ex mutuo, quam quæ ex numerata pecunia, quæ semper cetera est. In illis enim graviores usuræ permittantur, propter incerti pretii rationem, & æstimationem earum rerum, quæ pretium mutant pro varietate temporum & locorum, *l. pretia rerum*, 35. *ff. ad l. Falcid.* l. 17. & 23. *C. hoc tit.*

45. Est autem centesima usura, quæ duodecim quotannis solvuntur, pro centum, *Donellus de usuris*, cap. 4. *Borcholt cap. 4. num. 4. de usuris.*

46. Ex constitutionibus idem receptum est in personis, quæ pecuniam ejus, ejus tutelam & curam gerunt, in proprios usus suam auctoritate convertunt, *l. qui sine*, 38. *v. sed quos usuras*, *ff. de negotiis gestis*, *l. tutor*, 7. *§. si post*, 3. & *§. 10. & 12. l. 8. §. fin. ff. de administr. & pericul. tutorum*, non verò observantur jura de quota centesimæ, sed omnia bono judici dijudicanda ac æstimanda traduntur, *Molin. quest. 76. num. 58. de usur.* nec obligatur gravissimis usuris, si palam id faciant, nec dolose versantur in re ista, sed tantum iis, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur. *l. idem q.*, 10. *§. si procurator*, 3. *ff. mandati*, nec inter est, utrum palam aperteq; debitorem se pupillo quis faciat, an verò sub administratione tutelæ suæ commoda, pupilli pecunia juvet, ut *Justus Tryphonianus in l. non existimo*, 54. *ff. de administr. tutorum.*

47. Condemnatis triginta dies olim ad solvendum constitutæ atq; ordinatæ erant, qui iusti à *Gellio lib. 20. C. 1.* vocantur, intra quos dies exactio instituebatur: Constitutio

ró Justiniani aliud dedit atq; cōcessit tempus, quadrimestre scilicet, l. 2. C. de usuris rei jud. quo in casu olim ducentesima erat, quæ hodie centesima est, d. l. 2. quæ usuræ loco pœnæ præstantur, *Donellus de usur. c. 4.* & ita post tempora judicati non solvens centesimam usuram præstat, l. 1. 2. & 3 C. de usur. rei jud.

48. Ecclesiæ veró singulari cautum est privilegio, in *Novell. 7.* ut quamvis alii debitores præstant semisses usuras, illa veró ære alieno oppressa quadrantes duntaxat, hoc est, annuatium in centum florenos tres, *Ampliss. & Consultiss. Dn. Præses d. disp. thes. 4. vol. 2. Bocerius in disput. ult. Class. 3. Treutl. disp. 3. th. 4. lit. C.*

49. Ad promovendam agriculturam, specialiter ab Imperatore constitutum est, in *Novellarum* constitutionibus, ut tantum creditoribus suis aridis fructibus sibi mutuo datis, octavam modii partem in singulos modios usurarum nomine pendant, *Novell. 32. 33. & seqq.* pro credita veró pecunia in singulos aureos annum siliquam, id est, trientem solvunt, *Ampliss. & Consult. Dn. Præses in d. disp. th. 4. vol. 2. Cujacius lib. 30. obs. 15. Treutl. disp. 3. th. 4. lit. C. vol. 2.* hunc vero modum non observans jus crediti amittit, *Bocerius disp. 20. th. 34. Borcholt cap. 5. num. 17. circa finem.*

50. Creditor, cui majores usuræ debebantur, si minores à debitore acceperit, hoc facto majores remittit, nec in præteritū ab initio sibi promissas exigere valet sed minoribus à debitore acceptis contentus fiet, l. 5. C. de usuris, nec interest quod aperta conventiōe præstationem majorem usurarum non remiserit, nihilominus tamen hac tacita conventionē fecisse censetur, quæ ex perseverantia & taciturnitate apparet, *Ampliss. & Consult. Dn. Præses in d. disp. quæst. 17. vol. 2.* quippe perseverantia sua declarat, quod non tantum in præteritum, sed etiam in futurum contentus sit. *Ampliss. & Consultiss. Dn. Præses in dict. disp.* 51.

51. Usurarum usuras exigere & in stipulationem deducere non admittitur, *Ulpian. in l. 26. ff. de condict. in deb. l. fin. C. de usuris*, Absolum enim & inconueniens esset eandem rem sortem esse & usuras. Nam quatenus pro sorte præstantur & solvuntur sunt usuræ, quatenus verò pro iis præstatum usura, sunt fors. Ne igitur aliquid inconuenientius & odiosius propageretur, *Secundum Molinæum in tractatu de usuris, quest. 25. num. 607.* ea quæ secundum naturam constituta obseruemus cum *Ampliss. & Consult. Dn. Præsidi Præceptore & Promotore colendo in dict. disp. vol. 2.*

52. Quid si usuræ per annos aliquod non solutæ, in sortem mutarentur & converterentur, an tunc novæ hujus sortis usuræ licite exigere possint? quamquam multi reperiuntur affirmativam sententiam defendentes & probantes, verior autem contraria videtur, quod renovatio & conversio usurarum in sortem improbanda, *l. nullo modo, 28. C. hoc tit. l. placuit, 29. ff. eodem, l. si non sortem, 26. § i ff. de condict. in deb. l. fin. C. de usur. rei jud. Molin. n. 44. de usur. Cujac. lib. 3. c. 39.* quem etiam anatocismum veluti publicè utilitati perniciosum & exitialem. *Constit. Rom. Imper. de Anno 1530. tit. von wucherlichen Contracten! prorsus contemnunt ac rejiciunt.*

53. Nec technè procedunt, quæ à creditoribus struuntur, quibus debitoribus insidiantur, dum pignus pro mutuo siue quocumque alio debito accipiunt, ea lege & conditione, quod si debitum non solvatur intra tempus præfixum ac constitutum à debitore, pignus efficiatur creditoris, pro debito, quod pactum usurarium dicitur. Olim quidem usi fuerunt hac fallacia, hodie verò equitati prorsus contraria non immeritò censetur; quippe quod debitores sæpissimè rem magni pretii, pro exigua pecunia creditoribus tradere cogantur. Atque ita hodie non est obligato-

gatorium illud pactum, sed damnatum & reprobatum ab Imperatore Constantino in l. 3. C. de pact. pign. & ita soluto debito pignus repetatur, non verò prohibetur, si pactum innitum sit, ut si præfinito tempore non solvatur, jure emptionis res hypothecata justo pretio estimetur, l. si fundus hypotheca, §. fin. ff. de pign. l. fin. de contrahen. emptione.

54. Vera tandem in Romano Imperio hodie recepta ac approbata usura est quincunx, hoc est quinque pro singulis centenis penduntur, Reichs. Abschied de An. 1500. & de An. 1530. tit. von wucherlichen Contracten/ & de Anno 1572. tatum etiam lucri ex emptione reddituum vel agrorum quis consequi potest, Wesemb. in parat. suis hoc tit. n. 11.

55. Et quemadmodum pro centum quotannis quinque constituta sunt ac permittitur: sic eadem ratione sex, singulis annis pro centum promitti posse putat, Laurent. Rodolph. in c. consuluit, p. 2. quest. 2. de usur. pariss. Conf. 60. num. 29. lib. 1. Caverar. 3. variar. Resolut. 9. nu. 6. quas etiam Imperator in hereditariis suis Regni Bohemici provinciis permittit.

56. Haecenus de modo usurarum: sequitur jam poena, in transgressores in justos videlicet foeneratores, modum legitimum excedentes constituta, quae ante Justinianum solutio quadrupli sint, l. 2. C. de usuris, Borcholt. c. 5. n. 1. Treutl. disput. 3. th. 5. lit. C. Qui etiam & l. Gabinia, sortis petitionem amittebant; Jure verò Justiniano, qui supra modum, legibus praescriptum, usuras accipiunt & stipulati sunt, stipulationi detrahitur, & quod solutum in sortem computatur, Ampliss. & Consultiss. Dn. Praeses in d. disput. & quest. vol. 2.

57. Usurarii praeterea illegitimum & improbum foenus contra prohibitionem Juris Civilis exercentes, perpetua notantur infamia, Ampliss. & Consultiss. Dn. Praeses in quest. d. vol. 1. quod & Diocletian. & Maximinus sanciverunt, in l. 20. C. ex quibus causis in fam. not. In

58. In jure novissimo autem Imperii Romani pœ-
na fœneratoribus & usurariis constituta ac ordinata est,
ut contractus illegitimi invalidiq; habeantur, Reichs-Ab-
schied de Anno 1500. tit. von wucherlichen Contracten/ tum etiam il-
litalem qui exercuerint usurarium, quartam partem summæ capita-
lis amittant de An. 153. §. dieneil aber solch vnd dergleichen Contract/
verbo zu dem/ daß derjenige/ so solchen wucherlichen Contract ge-
libet/ den vierten theyl seiner Hauptsomma verlohren/ vñnd denselbert
seiner Burgerlichen Obrigkeit/ an ehtliche Drcern/ Erbgerichte genant/
heimgefallen/ vñnd auff solchen vierdten theyl/ durch dieselbige Bur-
gerliche Obrigkeit gestraffet werdē soll/ vñnd so derselbige mit wissen seu-
nig erfunden/ soll alsdann desselbigen Obrigkeit/ oder wo dieselbige seu-
nig/ vnser Fiscal die Obrigkeit vmb eine namliche Poen/ als zwey/ drey
oder vier Marck lödigen Goldes beklagen vñnd annehmen.

Aleipotentii Triuni Deo sit Laus & Gloria.

DOCTRINA ET VIRTUTE POLITISSIMO

IUVENI VIRO:

DOMINO OTHONI Keineke/

DE VSVRIS DISPVTATVRO. S. P.

USURA, multis nomen est amabile,
Sed est Deo illud nomen execrabile.

Distinctionis expedire munere,

Qui posse se arbitratur hanc rem, existimāt

Prodesse publicæ rei quàm plurimum,

Intra modum, justosq; sistet terminos.

Quid ipse sentiam, tibi paucis dabo.

„ Si mutui sit Christiana charitas

„ Mensura, non mordebit illa proximum.

Quod ipse nolis perpeti, haud fac alteri.

Ἐπιπέτης καὶ ἄλλοι.

Balthasar Mentzerus.



ALIUD.

Cynthius aetherei percurrens climata Olympi
Cum Phœbe, gratas fertq; referq; vices:
Quamq; diu nitida subjectum lampade mundum
Collustrat, salva hac inferiora manent.
Ast ubi consueto mœstam sine lumine frontem
Telluri ostendunt, illa vel ille suam:
Noxia multarum sequitur mutatio rerum,
Languet & inferior quicquid hic orbis habet.
Sed magis humana servat consortia vitæ,
Iusticia & vera Religionis amor.
Ac velut Eusebie sacra præstat pharmaca menti,
Sic quoq; res curat corporis, alma Themis,
Quanto igitur stabili fuerint hæc sedere juncta
Tempore, Res tanto publica salva manet.
Verum ubi tranquillam turbans discordia pacem
Contracta, his nodum solvit amicitiae;
Tristis cunctarum sequitur confusio rerum, &
Excipit hanc tandem tristior interitus.
Est ideo duplici revera dignus honore
Harum, cui cordi est, certa utriusq; salus.
Inconcussa etenim certo stant cuncta tenore,
Dum viget hæcce soro, dum viget illa soro.
Annæ etiam docta tua nunc intentio mentis,
Iusticia verum vindicat OTTHO modum?
Illiciti illicitum reprobat dum scenoris usum,
Ac liciti licitum deum stabilire studet?
Sic est. Ergo tuum fausto precor omine pensum
Incipias, fausto & Numine perficias.

Jucundæ

Σοφίας ἢ Φιλίας χάριν L. M. Q. apposuit
M. Michael Stavangrius.

F I N I S.



33. Spener, synodalia Fröstaunig, mit dem dem bey dem
Christen gründlich. exorcismo zu Velt. 17,

34. Stryer, de iure bibliothecarum.

35. Stumel, de gradibus cognationum.

36. Suerius de dispensationibus.


37. Suerius, de J. C. Vellejano.


38. Nomburg zu Hain de oblatione ad titulum.

39. Stalze, de mariti in bonis uxoris paraphernalibus sibi
competentis, usufructus manuciatione qualitate paraphernali
non nociva.

40. Stalze, de patre obtrata liberos circa consecratione pater-
num aliunde degentes frustra vocante, ob id cum Hantor,
zu dem dem Bannung in Concursus Creditorum antstehend, sein
Kadren ungrudt, post, nit bey ihm, sig mit Velt, mit beyf-
len Com.

41. Stern, de eo quod iustum est circa nuptias.







magis de annuis redbus graviori
tionibus supra allegatas constitut
Minimè verò illas improbare, usur
cessas, ut non obscure colligitur ex
Comitiis Spirensibus habitis de Au
billischen Ursachen / die wucherlichen Com
großer vracht vnd verderben angerichtet)
eslichen vnseris Reichs Abschieden verbotte
halben wie Cammerrichtern / vnd Beyßern
solchen sachen was ein mal statuiret vnd
nachdenckens zuziehen / ubi verba in gen
tanda sunt, quibus certus modus usuris
quem l. eos, 26. C. h. tit. probat, & ulterius de
rit Spira celebrato Anno 1600. & à Rude
viel nuhn dessen nach / der vermuthung he
Gelt von solcher zeit an / anlegen / vnd zugela
von hundert Gulden / fünff wol haben mög
juxta prædictam juris tenorem, regularit
ta sed permittæ.

19. Definitur nunc usura, o
quam propter usum pecuniæ à de
Duarenus ad tit. hunc, Treutl. vol. 2. di
usuris, cap. 1. Borcholt cap. 1. num. 24. de

20. Unde pro omni rei de
gmento, ex quacunque causa capit
in Parat. num. 1. ad tit. h. ita ut non sol
morum sit accessio, l. 2. & 3. C. de usu
etiam frumenti & hordei debiti. l.
etiam olei aliorumq; fructuum mu
C. eodem, imò reliquorum omnium,
recipientium, quæ pondere numer
l. deo, 3. ff. de eo quod cert. loc. dare oport
decret.

21. Usuræ enim duæ speci

u furis m
cernimus
as ac con
miliani in
Auf wassen
it im Reich
echten / vnd
erholen / der
en wollen / it
i kein ferner
probe no
ræscriptus,
cessu Impe
mator & So
reditor seit
i wenigsten
nstat, quod
nt prohibi

ffio fortis,
tor exigit.
Donellus de

one & au
t. Wesemb.
sive num
eodem, sed
h. tit. cum
, l. oleo, 23.
nctionem
constant.
4. S. I. de

a compensa
toria,

